



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 3. De his, qui tenentur seruare Sacramentale sigillum,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

cœla non tantum reuelatio, sed etiam suspicio reuelationis evitanda est. Et ea ratione procedit prior sententia: quam Sanchez propugnat in lib. 3. De matrim. disput. 16. quest. 1. Confites tamen posteriorē probabilissimam esse: quod quidem nobis satis est pro praxi, dato quod vitentur antea dicta in commoda.

Derivatione qua in diversis casibus Confessarius vitare debet sigilli sacramentalis violationem.

Ex tum est; ne quidem ad declarandum Confessario integrum animæ sue statum, licitum est Sacerdoti confitei strangeri sigillum sacramentale: ita ut non valens aliquod saum peccatum confiteri nisi peccatum alterius in confessione cognitum sic manifestando, vt si cui confiteretur veniat in cognitionem certæ illius personæ; debeat silere tale peccatum, donec possit confiteri alii non videnti illam cognoscere. In quan sententiâ, ac etiam pro contraria, plures authores citat Henriquez in sua summa lib. 6. cap. 19. §. 5 lit. X. & Y. Bene monens, quod esti detur præceptum Christi de integritate & confessionis. sicut de sigillo sacramentali; illud tamen cedere huic, tanquam magis necessario Reip. Christianæ.

Eodem etiam pertinere potest, quod habet Nauart. in Enchir. cap. 8. num. 17. non esse prudentiis iniungere Pœnitentia graues penitentias, quas teneatur statim, aut non multo post confessionem facere, si tales sint quæ nequeant comodè fieri, quin id aliqui videant, qui protinus suspicabuntur esse à confessario iniunctas ob aliqua gravia crimina. Quia autem ratione ciuiusmodi incommunum caueri possit, exponetur in sequenti parte, cum dicetur de prudentia Confessarii in imponenda satisfactione.

Septimum est, Confessarium in testem presentatum & iuramento ad actum ad dicendam veritatem, dicere posse nihil scire, vel audiisse, si de illo interrogetur quæ per folium sacramentale confessionem nouit, iuxta illud D. Bernardi. Nihil minus scio, quam quod per confessionem scio. Ita Nauart. ad cap. Sacerdos. d. sent. 6. num. 14. & plures alij, quos refert Suarez, tomo 4. disput. 33. sent. 6. num. 6. Addens in seq. num. septimo, authoribus item citatis, id procedere, etiam si interrogatio expresse fieri, Ante quid auduerit in confessione. Si opponas verum esse, quod Confessarius audierit: ergo falsum esse quod non audierit, cum duas contradictiones simul veras esse omnino repugnet, neque difficultas tollatur dicendo quod sciat ut Deus, sed ne sciat ut homo; cum ve è auribus carnis audierit. Respondeatur, non posse quidem contradictione simul esse vera, si virum que absolutè accipiat: posse autem, si unum absolute, & alterum cum additione, sicut in praesenti casu; in quo affirmamus Confessarium simpliciter scire, & audiuisse quæ ei detecta sunt per confessionem: quia seit faltem & audiuit ut Deus: negamus autem scire vel audiuisse talis scientia, vel auditione quæ sufficiat reuelandum: quæ quidem inter se minimè repugnant; vt nec illa duo ( quorum prius est communis omnium Catholicorum sententia receptum ) quod Christus omnia non modo præterita & praesentia; sed etiam futura possibilia cognoscat: tanquam plenus gratiae & veritatis, vt esse dicitur Ioann. cap. 1. Posterioris veò quod Math. 13. ipse Salvator de se ait, nouissimum ac tremendum iudicij diem minimè nosse: quia quantum illum noverit simpliciter, sicut alia futura; non tam ad reuelandum alij. Ita annotat post Archidiaconum Nauart. in sequent. num. 143. vt & Sotus in eadem art. c. col. 15. Consequenter col. 17. admonens, quod si poscente tyrauno, vel improbo Christiano. Num Petrus confessus sit se certum quid fecisse: quia sine mendacio respondere non potest non fuisse confessus, debere repellere talem interrogationem, tanquam aperte alienam à religione, dicendo non esse sibi fas quidquam de talis loqui. Ad vitandam autem suspicionem, vel furorem interrogantis, & ad sibi, vel Pœnitenti consilendum; respondere potest sine mendacio ( vt alij in eam sententiam citatis habet Suarez. in cit. nu. 7. ) si nihil tale audiisse in confessione, sub intelligendo tacitè, nihil quod possit alteri dicere.

Ostatum est ( de quo consequenter Nauart. & latè Sanchez in lib. 3. de matrimonio disputat. 16. atque alij quorum me-

minit Henriquez in præced. §. 5. lit. V. ) posse Confessarium eos matrimonio coniungere, inter quos legitimum impedimentum esse noui ex confessione; vt si quis confessus sit se cognouisse carnaliter sotorem illius cu nqua vole matrimonium contrahere: quod Parochus ex confessione tantummodo sciens, publicè petenti coniungi, nequit id ei negare ob impedimentum sic cognitum; arguente cap. Si Sacerdos. De Officiis Ord. Paro ratione Parochus ei quem sit ex confessione excommunicatum esse, vel in peccato aliquo mortali permanere, non potest Euchristianum negare petenti eam publicè & coram alijs, ne reuelet confessio. Quod locum etiam habet, si Sacerdos tale quid extra confessionem secreto nosset, iuxta idem cap. Si Sacerdos. & cap. Cum non ab homine Desent. excommunicationis & rationes quas habet Nauart. ad c. Sacerdos De penit. dist. 6. n. §. 4. & 8.

His quo ad confitentem, addendum est, eadem ratione qua Confessarius ( quia non scit vt homo quæ in confessione audiuimus ) potest interrogatus negare se ea scire; sic ipsum confitentem ( quia nihil ei dixit ut homini ) posse negare, eriam cum iuramento, se nemini id dixisse tanquam homini. Quare Sacerdoti interroganti de eo quod audiuerit in confessione: Nonne hoc mihi dixisti? Pœnitens respondere potest andacer, & negare; Nihil tale tibi dixi, ex Sotus in cit. col. 17. & in sequent. art. 6. col. penult. Qua de causa idem non immixtus reprehendit Superioris qui aliquando bono quidem zelo ducti, sed imprudenter querunt scire extra confessionem, quæ subdit in confessione declararunt. Nec enim licet Pœnitentem extra confessionem inducere ad in eundem sermonem de Iesu quæ dixit in confessione, aut etiam minus benignam faciem, quam prius, etidem offendere: quia ( inquit Sotus ) illud est genus quoddam reuelationis sigilli, & exproborationis peccatorum: quam repellere potest Pœnitens negando quidquam tale illum aliquando a se audiuisse.

24.

## CAPUT TERTIVM.

De illis qui tenentur seruare sacramentale  
sigillum.

## SUMMARIUM.

25. Sacramentale sigillum seruare tenetur, non modo Confessarius, sed etiam quicumque aliis audierit dicta in confessione.
26. Idque siue audierit ad modum Confessarii ( vt si bona fide putatur Confessarius idoneus, nec est reveras, si tempore interpres ) siue a translatione, ve quia casu, aut etiam malitiosa audierit, vel et reuelatum est.
27. Soluio obiectionis, quod à iure solo Sacerdoti prohibetur reuelatio confessionis.
28. Obligatio seruandi sacramentale sigillum non tollitur ex eo, quod Confessarius reuelariit de licentia pœnitentis: aut malitiosa fecerit protestationem disulganandi.
29. Non licet Superioribus ex notitia per confessionem habita procedere ad inquit endum in foro externo de criminibus auditio: & quomodo licet in foro interno.
30. Idem iudicium est, si non per confessionem quidem, per viam tamē confessionis cognoverit, vt ex secula in qua Pœnitens scripsit confessionem suam.
31. Nullaratione licet laico iudicii contrarerum procedere ex notitia orta ex sacramentali confessione; est generaliter monitus de periculo imminentia reipublica, non prohibetur vigilare, & infidias criminis ostendere.
32. Non prohibetur Superior attentior fieri & vigilans circa criminis auditio, dummodo nullam de illius auditio det alius occasionem suspicandi.
33. Quando posuit, vel non posuit Confessarius in electione negare suffragium illi, quem ex sola confessione cognitus indignum; iudicatus dignum, si confessionem ipsius non audiuerit.
34. Gravem peccatum committitur non modo reuelando, sed etiam audiendo confessionem, ne ciente aut iniusto confitente.
35. Quando peccat Pœnitens reuelando pœnitentiam, aut consilium datum à Confessario.
36. Quaratione peccetur reuelando pœnitentia aut consilium datum à Confessario, et ad eam peccatur reuelando alia que voluit seruari secreta.
37. Reuelare licet secretum natura, bono publico, aut priuato id exigente: & cur.

Theo-

25. **T**heologi omnes ad unum ( quod notatum est à Nauarr. tum ad cap. Sacerdos de penitent. distinct. 6. num. 42. tum in Enchir. cap. 8. num. 4. ) consentiunt, non solum Sacerdotem, cui facta est confessio, teneri ad eam celandam; sed quemcumque etiam alium qui eandem licet est, vel illicite, mediare, vel immidia, audierit; sive Clericus sit, sive laicus; sive vir, sive foemina. Ratio tanti confessus aperta est ex supradictis. Illi enim omnes tenentur celare confessio-  
ne, per quorum detectione reddetur odio/a, & homines ab ea retraherentur. At si Penitentes scient aliquos tales, possent licet confessionem reuelare, cum simul sciant multos possent factio audire, ne forte contingere se audiri, auersantur confessionem. Accedit quod res ad quemcumque transeat, cum onere suo transeat: cap. Ex literis de Pignoribus, & cap. Pastoribus. De decimis. A Confessio habet illud onus annexum, ut omnino taceti debeat, sicut acita facta est, ut Sacramentalis censetur (sicut censetur cum facta fuerit animo accusandi se Deo de proprijs peccatis coram Sacerdote, tanquam Iudice constituto a Christo) quantumcu- que absolutio non sequatur, iuxta antedicta. Quare ad quemcumque peruenienter Sacramentalis Confessio, cum tali suo onere peruenit.

*Qui prater Confessarium teneantur seruare sigillum Sa-  
cramentale.*

## S E C T I O I .

26. **H**inc prout expresserunt Nauar. in Enchir. cap. 8. num. 7. & Sylvestri verbo Confessio. 3. num. 1. præter Confessarium, & cum cui bona fide confessio fit accusando se de peccatis, tanquam Confessario idoneo, qui tamen non est (& per consequens nec confessio ci facta Sacramentalis est: de quo præce. 1. num. 6. ) tenetur sigillam Sacramentalis seruare: primò interpres, per quem lingue ignarus confitetur Sacerdoti, cum quo ille in hac re, vna per onera reputatur, vt ex Richa. habet Sylvestr. Secundò is qui seu casu, seu insidiosè, aut dolose alicuius confessionem audituit. Tertiò is cui causa petendi confilij, vel libidine detrahendi reuelata est confessio audita. Ad hos enim, & huiusmodi alios, vt ad Praelatos, & quibus peccata est facultas absolviendi à casu rese-  
vato, & ceteros quibus Confessarius quoquo modo secretū reuelauerit; confessio peruenit cum suo onere de ea omnino tacendi. De quibus singulis & authores & rationes habet Suarez in antecit. disput. 33. sct. 4. Sufficit autem nobis ante positum fundamentum: quod reuerentia Sacramenti Penitentiae exigit, ab omnibus seruari secretum, sine quo usus illius fit odiosus & difficilior.

27. Neque est quod quis opponat, soli Sacerdoti impositum esse à iure obligacionem celandi auditam confessionem. Nā, vt recte notat Nauar. ad cit. cap. Sacerdos. num. 46. lex illa di-  
uina de seruando confessionis secreto, quæ colligitur racie ex confessionis institutione, non constituit in eo specialiter, ne vili reueletur cuiusquam confessio Sacramentalis; ita ut obligatio seruandi secretum confessionis, ceteras primarij non in personam, sed ipsam confessionem, sicut obligatio legis de seruando pignore, non cadit primarij in personā cui traditur, sed in rem quæ traditur pignori; ita ut quemcumque ea perueniat, cum suo pignoris iure & onere tran-  
seat. Nec item refert quod Ecclesia soli Sacerdoti confessio-  
nem auditam reuelanti, penam imponat, in cap. Sacerdos. De Penit. distinct. 6. & in cap. Omnia virtusque sexus. De Penit. & remiss. quia, vt recte quoque addit ibidem Nauar. est in hac re Confessarius & alij non sint quoad omnia similes, sicut tamen quoad primariam qualitatem: quandoquidem, vnde dictum est, ad omnes similiiter confessio audita transit onusa onere suo illam celandi. Et quamvis soli Sacerdoti frangenter sigillum confessionis, Ecclesia penas exprestem imponat, quia illis fre-  
quentius, quam alijs facultas adeat reuelandi; non facit tamen alios à pena immunes: et si relinquit eam indetermi-  
natam. De qua re idem Nauarreus consequenter numer.

47.48.49.50. itemque alij quos Henriquez  
in sua summa lib. 6. c. 2 o. §. 1.  
littera A.

De ampliationibus & restrictionibus obligationis seruandi Sacra-  
mentale sigillum.

## S E C T I O II .

Porro amplianda est prius proposta doctrina, vt proce-  
dat quoad eos etiam, quibus Confessarius de expressa  
Penitentis licentia, aliquid de eius confessione reuelari. Ratio est, quia per talem licentiam non datur noua notitia, sed habita per confessionem manens sub eodem sigillo, ex-  
tenditur ad tertium: ita ut talis, ad quem peruenit, teneatur seruare ipsum sigillum, quod est quasi depositum quoddam  
Penitentis, quod non licet sine ipsius voluntate contingere. Ipso autem concedente, licet quidem; non tamen amplius, nec alio modo quam ipse velit: de quibus plenius Suarez in eadem disput. 33. sct. 5. num. 9. & deinceps. Amplianda est secundò, vt procedat quantumvis Confessarius, aut alias ex supradictis, qui confessionem audiunt, dicat alteri; hoc & illud didicimus ab hoc & ab illo per illorum confessiones, quæ tibi reuelo non vi celis, sed magis vt publices. Nam nec tunc alter ille potest reuelare; quia licet non teneatur seruare secretum, ratione modi quo ei reuelatur vt publicetur; tenet tamen ex ipsa rei natura, quæ omnium expositum secretum seruari, velit nolit is qui reuelat; velis cui reuelatur. Hanc ampliationem attigit Nauar. in preced. num.

43. Amplianda est tertio, ut Superior per notitiam quam ha-  
bituit in confessione Sacramentali, non possit moueri & pro-  
cedere in foro externo, ad inquirendum particularium de  
criminibus auditis, pro illis corrigendis. Quod Sotus in 4.  
distinct. 18. quæ s. 4. art. 5. sub finem probat: quia ius inquirendi nascitur ex delicti vel infamia, vel semiprobatione. Quod autem in confessione cognoscitur, neutrius earumrationem habet, vt de se manifestum est. Quoad forum internum autem potest moueri & procedere ad inquirendum, iuxta illud quod ex Angelo adserit Nauar. in Enchir. cap. 8. num. 15. § 22. Confessarium non facere contra sigillum, qui ex Petri confessione intelligens Ioannem fuisse alicuius criminis co-  
placem, si de eo Ioannem ipsum dum constitutum interrogat, etiam in particulari; dummodo ille nequeat suscipiati Peccatum idipsum crimen in confessione expressisse (vt quando tale peccatum est, de quo solent Confessarii interrogare) nec vel-  
lam omnino mentionem facit Petri.

Amplianda est quartò ex Soto ibid. consequenter, ut procedeat modo cum Praelatus remouit per confessionem, sed etiam cum per viam confessionis: vt si subditus perdidit schedulam, in qua scriptam habuit suam confessionem, i-  
demque Praelatus inuenit: nam nec tunc potest procedere ad inquisitionem faciendam; quia confessio tam sacra est, ut illud etiam quod ad eam ordinatur, sit perpetuo silentio se-  
pellendum.

Amplianda est quintò, ita ut quod in hac re dicitur de Prae-  
latis Ecclesiasticis, intelligentem similiter sit de Praetoriis  
& Iudicibus secularibus. Quamvis enim (inquit Sotus consequenter) nequissimi Sacerdotes duo vel tres, cri-  
men quo d in confessione audierunt Iudici deferant: ipse ta-  
men scimus non alia via id est innocuisse, quam per Sacra-  
mentalem confessionem, nullatenus potest ad ullam inqui-  
sitionis viam procedere; quia tale quid habendum non est  
pro infamia, aut pro semiprobatione. Vnde multò minus  
potest illud in scriptis suscipere, aut virtute illius reum cap-  
tere, vel interrogare. Immo si bona fide in eiusmodi causa  
Index coepit procedere, cum primum cognoverit certò,  
notitiam rei ortum habere ex sola Sacramentali confes-  
sione, debet cessare, & facta omnia pro infectis habere; alioqui  
sacrilegus erit processus; vt pote quo res valde sacra trans-  
feratur ad usum actionis prophane, & Sacramentum redditur  
odiosum.

Obijcent autem inde sequi, quod si Index perviam con-  
fessionis didicisset grande aliquod scelus sequenti no-  
te perpetrandum in ciuitate, non posset insidiis tendere  
ad comprehendendos reos, vt contra eos ex legge agat. Respon-  
det Sotus in fine cit. art. 5. Si Sacerdos Iudici reos manifester-  
rat, illum non posse contra eos procedere, nec eorum crimi-  
nates facere. Sin tantum mortuarii in genere, vt vigilares, su-  
per verbem, eo quod illa possit detrimentum aliquod capere,  
non

non impedit à functione sui officij. Quod posterius aduer-  
te habere quidem probabilitatem in speculacione: amen in  
praxi ob periculum offendendi sacramentale sigillum, vide-  
ri abstineendum ab eo: præsertim cum Christus Sacramen-  
tum pœnitentia instituerit tantum, ad medendum pecca-  
toribus in foro conscientia. Ex qua institutione intelli-  
gitur nullam esse obligationem sive Confessarij, sive  
alterius ob nouitiam habitam ex Sacramentali confessio-  
ne (egrediendo scilicet extra illius fori limites) teneri  
ad peccatorum emendationem. Vide. dicta in praecedentia.  
nro. 15.

Restringenda autem est eadem doctrina, ut non impedi-  
at (prout Sotus addit.) Superiori, dum visitat tempore  
solito, ex notitia per confessionem habita, attentionem fie-  
riad tale crimen: maximè si vergat in damnum publicum;  
& attenuat vigilare super gregem suum: non tamen extraor-  
dinario modo, ex quo oriri possit suspicio: sed modo à suis  
potissimum prædecessoribus virato. Pro quo facit quod  
nihil vetet, quominus per confessionem auditionem ho-  
mo prudenter fieri, & notitia quam inde acquirit, lumen ei  
præbeat in alijs rebus agendis. Sicut quamvis iudex debeat  
indicare secundum allegata & probata, & non secundum  
proprium scientiam, cap. Pastoralis §. Quia vero de offic. Deleg &  
cap. Iudic. 3. questione 7. & legi illicitas. §. veritas. De officio Profidu-  
i platonem priuata scientia. Iudicis multum iuuarillum ad  
persecutandum diligentius negotium: quod ab omnibus  
admitti notat ad citatum cap. Sacerdos. numero 149. Nauar-  
rus.

33. Restringenda est secundo (iuxta Nauarr. in praed. numero  
146.) vt non impedit, quin Confessarius in electione Prae-  
lati, possit suum suffragium negare illi, quem per omnes al-  
ias vias habet tanquam optimum: si per ipsius confessionem  
solam cognoscat quod malus indignusque sit. In quam  
sentientiam plures alios refert Sanchez in libro tertio De ma-  
trimonio disputat. 16. num. 6. Ea autem, ut Suarez monit in eadem  
disputa. 33. sed. 7. num. 12. non procedit quando electio fuerit  
publica, & persona talis que communiter existimat in  
gno, cui elector suum suffagium deferre debetur: quia tunc  
potest generari suspicio aliquius criminis cogniti per con-  
fessionem: quod propter reverentiam Sacramenti, & ne  
tanquam exprobrosa & nociva peccati detrecti obiectio,  
inde exofus illius vius reddatur) plane vitandum est, hocque  
fine tñ more penae suspensionis decreta. De elect. cap. Cum in  
cunctu §. finali, aduersus eum qui eligit indignum. Nam, ut  
ex Palud. post Sotum idem Suarez addit; ne quidem in elec-  
tionibus occulis locum habet talis poena quod proposi-  
tum casum: quia leges quæ penas eius generis imponunt,  
semper intelliguntur secundum scientiam communem &  
cognitionem humanam. Habita autem per confessionem  
Sacramentale notitia, est & priuata, & diuina. Accedit, ad  
talis medijs usurpationem, opus esse tanta prudentia & cau-  
tione, torque circumstantiae requiri, ut difficultima sit in pra-  
xi adeo ut ad illam (etiam si alias licitam) non teneatur quis,  
prout in seq. n. 7. Sanchez explicat.

34. Cæterum de peccato, quod in hac ipsa re committi-  
tur, aduertendum est primò, graue peccatum esse ad-  
uertenter. & ex proposito, audire alterius confessionem  
ipso nescienti; & adhuc grauius audita alijs reuelare, prout  
offendit Nauarr. ad. cap. Sacerdos. De Pœnit. d. simili. 6. numero 113. &  
114.

Aduertendum est secundo (quod communiter Doctores sen-  
tire notat Suarez in praed. sed. 3. num. 1.) materie paruitatem in  
peccato veniali, non obstat quin reuelatio illius in confes-  
sione detecta, sit mortalis: quod Sotus probat in cit. art. 5. col. 7  
quia licet infamare hominem in veniali cognito extra con-  
fessionem, non sit peccatum, aut certè tanquam mortali:  
mortaliter tamen est reuelare illud quod per solam confessionem  
Sacramentalem cognitum est: quia etiam si in eo non inferatur  
proximo gravis iniuria, infertur tamen Sacramento, redi-  
cendo confessionem venialium odiosam sicut perjurium in  
re leui mortale est, ob iniuriam que gravis infertur, non  
quidem proximo, sed testimonio diuino adhiben-  
do scilicet Deum in testem fal-  
laturis.

**C**onfidentem quoque teneti celare que Confessarius  
ei dixerit, monet idem Nauar. in seq. n. 115. quoniam Sa-  
cramentale sigillum est quidem solius confessionis, quæ sit à  
solo Pœnitente: amen dicta à Confessario ad forum Dei pe-  
catorum: ac proinde (inquit ille post Palud.) peccat qui detegit con-  
fessum, vel pœnitentiam, vel alia iniuncta sibi à Confessario:  
ex quib. ipse quæ iniunxit, vel consuluit efficiatur ridiculus:  
aut etiam (ex Angel. in verbo Confessio ultima n. 18.) odium aliquorum  
incurrit: aut denique ipsummet reuelans iacturam sue  
famae sine utilitate vlla faciat. Secus vero est, si neque in pro-  
prium confitentis, neque in Confessarij præiudicium cede-  
ret talis reuelatio: quia tunc nihil est quod ipsum prohibe-  
re reuelare, ex eodem Angelo ibid.

Addit Nauar. ex Adriano: idem quod dictum est de Pœ-  
nitentis consilio, dicendum esse de omnibus alijs quæ Confe-  
ssarius ea mente dixit confitentis, ut inter ipsos essent secreta.  
Ratio est, quia tale secreta spectans / ut dictum est) ad for-  
um Dei: cum saltem vim habet, quam illud ad quod tenetur  
est cui aliquid sine confessione dictum est sub sigillo confes-  
sionis; qui frangens fidem (etiam si non faciat iniuria in Sa-  
cramento, quia non est ei dictum à confidente Sacramen-  
taler) grauerit peccatum non tantum ob violatum ius naturæ de-  
seruando secrete: sed etiam ob violatum pactum, quod exad-  
dita conditione inducit no manum vinculum, augetque obliga-  
tionem seruandi secretum ipsum, ut annuat a Victoria De Sa-  
cram. n. 190. Accedit, quod alij citatis habet Angel. in seq. n. 22  
peccare mortaliter non modo eum qui confessionis, sed etiam  
qui naturæ sigillum frangit: ita ut cum quis alij cui ali-  
qua dicit, sive exprimat se dicere sub sigillo secrete, sive  
non exprimat, si cui dicitur intelligens fibi dici sub secreto,  
teneatur celare, tunc scilicet naturæ obligante ad proximum  
non ledendum in fama, & ad fidelitatem promissumque ei  
seruandum: si que reuelat, incurrit in crimen proditionis.

Nisi si faciet præcipiente Superiori, cum res est, quæ  
vel in commune, vel alij priuatum damnum vergit, ut si  
cognitum est, ipsum facilius in confessione sollicitate ad ma-  
lum: quia runc deunciari potest, quemadmodum notat Hen-  
riq. in lib. 6. sua summa cap. 22. in fine. Ad quod illudstrandum fa-  
cit quod in Codice de confessione habet Medina q. 50. sub fini  
obligationem fidelitatis esse quidem de iure naturali, sed cel-  
fare in eo casu, in quo non potest aliter communibus, vel pri-  
uatis damnis obviari, nisi reuelando secretum: i. a ut perfidus  
non dicatur quis, per hoc simpliciter, quod arcuum reuelat.  
Addit quod nemus possit se ad aliquid per promissionem  
obligare, contra Reip. aut alieuius particularis corporalem,  
aut spiritualem salutem: quam habere commendam, chari-  
tas obligat.

### C A P V T Q V A R T V M.

De iis que sub Sacramentale sigillum cadunt seu quorum  
reuelatione ipsum frangitur.

#### S V M M A R I V M.

38. sub Sacramentale sigillum cadunt non modo peccata declarata in  
confessione, sed etiam alia, que in eorum notitiis possunt alium ad-  
ducere.
39. Etiam si non fuerit necessarium ea exprimi in ipsa confessione.
40. Item quæcumque vereundam, vel detrimentum possint adferre  
Pœnitenti.
41. Item persona à Pœnitente detecta si reuelatio sit in illius detrimen-  
tum.
42. Non est illicitum prodere peccata declarata in confessione, dummodo  
de persona nullo modo prodatur.
43. Peccatum mortale nullo modo licet prodere: veniale ve ò solum-  
modo in genere: in specie enim, quantumcumque leite reuelare, sa-  
cralegium est mortale.
44. De publio peccatore melius est tacere, quam dicere quod confessus  
sit de suo peccato & absolutione.
45. Quarenu dicere licet, tale peccatum audiu in confessione.
46. Parcissime loquendum est de auditis in confessione, etiam de iis que  
non cadunt sub Sacramentale sigillum.
47. Cauere debet Confessarius ne petendo consilium. Pœnitentem dete-  
gat fine ipsius licentia.